Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26370
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ambo de monachorum collegio in episcopatus gradum asscuti. Cumque ab eadhed in prouincia lyndisfarnorum. quam nuper ante rex ecfrid superato in bello et fugato vulfhere obtinuerat ordinatus est episcopus. et hunc primum eadem prouincia accepit principem. secundum edilwynum tertium eadgarum. quartum cynibert. rectum quem in presenti habet habebat autem antistitem sex vulfum. qui ea mertiorum et mediterraneorum anglorum simul episcopus fuit.

Vnde et expulsus de lyndinsi in illarum prouinciarum regimine permansit. Ordinati sunt autem eadhed. bosa. et eatta eboraci. ab archiepiscopo theodoro. qui et per tres abscessionis vulfridi annos. horum numero duos addidit antistites. tertium tertium ad ecclesiam hagustaldensem remanente. eatta ad lindisfarnensem. et tertium ad prouinciam pictorum que temporis anglorum erat imperio subiecta. eadhedum de lyndinsi reuocauit. eo quod edilred prouinciam recepisset. hypensi ecclesiam perfecit. XIII.

Paulus autem ab episcopatu suo vulfrid. et multa diu loca peregrinatus romam adiit. brittanniam reduit. et suppetente commeatus memorati regis in patria siue in parrochia sua recipi non potuit. nec tamen ab euangelizandi potuit ministerio cohiberi. Siquidem diuertens ad prouinciam australium saxonum quae per cantuarios ad austrum. et ad occidentem usque ad occidentales saxones pertingit. habens tiam familiarum vii. milium. et eo adhuc tempore paganis cultibus seruiebat. huic uerbum fidei. et lauacrum salutis ministrabat. erat autem rex gentis ipsius edilwalch non multo ante baptizatus in prouincia mertiorum presente ac suggerente rege vulfhere. atque etiam eiusdem de fonte loco filium suscepit. et meum signum adoptionis.